

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Error i
cum uariis

Multis qui in pace ecclesie negligenter uixerant subito errasse et in flagicia aliqua cecidisse profuit dum post casum penitendo erecti uigilantius Domino seruire ceperunt, et qui pigri ac desides in innocencia stare uidebantur per accidentem sibi ruinam ammoniti sunt, solercius erga sui custodiam contra omnes antiqui hostis insidias accingi, ita ut qui nec propriam uitam curando ostenderant, postmodum eciam fraterne salutis cum sua erectione curam gerant.

Beda super Esdram.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Error i] Error k P V¹ V² L¹ L²; erecti] ereti P V¹; accingi] accincti V² L¹ L²; qui *om.* P V¹; curando] recurrere V² L¹ L²; fraterne] superne P V¹ V² L¹ L²